

xxvllll

Q. D. B. V.

DE

UNIVERSITATE  
DELINQUENTE,

OC CASIONE

*L. 9. §. 3. ff. Quod met. causa.*

EXERCITATIO SABBATHINA XXIX.

Quam

SUB PRÆSIDIO

DN. SAMUELIS FRIDERICI

WILHELMII

D. & Prof.

IN ATHENÆI GEDANENSIS AUDITORIO  
ORDINARIO,

*D. XIX. Octobr. MDCCXX. Hora XI.*

Instituent

RESPONDENS

JOH. AUGUSTIN Grischow / Ged.

ET OPPONENTES

GABRIEL SCHUMANN, Jun. Ged.

GABRIEL GRODDECK, Ged.

---

GEDANI, Typis JOHANNIS DANIELIS STOLLII,  
SENATUS ET ATHENÆI TYPOGRAPHI.













beneficio civitatis, ut vitam & patrimonium suum Illa in pœnam civitati adempta, simul amittunt, non in speciem pœnæ, sed ex casu fatali, qui divinitus immissus patienter ferendus; hæc omnia salva retinent. Grot. II. 21. §. 7. n. 2. & 3. Pufend. de Jure nat. & Gent. lib. 3. c. 3. §. 30. & 31.

XII. Quod si delictum ab universitate ante duas aut tres generationes commissum, amplius nulla pœna exigi potest. Deficiunt enim illi qui delictum perpetrarunt, & nulli successores in illud consenserunt, ergo nec ad pœnam aptitudo seu meritum adest, quo sine nulla pœna infligi potest. Pufend. d. l. §. 29. Non obstat 1. quod duret eadem civitas, quamvis particulæ mutatæ sint L. 26. ff. de Judic. 2. quod succedentes in locum facta prædecessoris præstare debeant L. 175. §. 1. L. 177. ff. d. R. J. Nam civitas quidem in iis durat, quæ primo & per se ad civitatem pertinent, qualia sunt ærarium, leges &c. non autem in illis durat, quæ primo singulis inhærent, postea ab his in universitatem derivantur, inter quæ etiam delicta referenda sunt Grot. d. c. 21. §. 8. n. 1. & ibi Henniges Pufend. d. §. 29. Hæcque cum mere sint personalia in ea non succeditur, nec ea successores præstare tenentur. L. 20. ff. L. 22. C. de Poen

XIII. Cum ad causas Universitatis agendas constituatur Syndicus L. 6. §. 1. in f. ff. quod cujusque univ. nom. L. 18. §. 13. ff. de Muner. & honor. qui & universitatis actor L. 74. ff. de Procur. L. 6. §. 23. ff. quod cujusque univ. & defensor dicitur d. L. 18. §. 13. Lauterb. Vol. 1. Dissp. Tubing. Dissp. 27. De Syndicis per illum quoque crimen, quod impactum universitati, tractandum erit. Pro privatis equidem in crimine, non nisi sub distinctionibus, procurator admittitur; at quia universitas ficta persona est, nec se tueri potest, ex necessitate pro ea Syndicus in crimine audiendus erit. Joh. Voet. Comm. ad ff. d. t. §. 4. & tit. de Procurat. §. 14. Quod juri Culmensi conveniens videtur. Jus Culm. lib. 2. Tit. 5. cap. 7. De officio Syndici hac in causa vid. Oldekop

Tit. 2. O. 5.

